51 . . . . . . [*cum Galli obs*]iderent Capitolium |, [*virgines Ve*]stales Caere deduxit |, [*ibi sacra at*]que ritús sollemnes ne | [*intermitte*]rentur curaí sibi habuit, | [*urbe recup*]erata sacra et virgines | [*Romam rev*]exit.

Romae, fragmentum tabulae medio aevo in Pantheo resarciendo adhibitum, nunc in museo Vaticano (VI 1272). Mommsenus I p. 285 cum aliis rettulit ad L. Albinium, de quo Liv. 5, 40, 9 cf. 7, 20, 7.

---

52 . . . . | Veios post urbem | captam commigra|rí passus non est[1] |; Etruscís ad Sutrium | devictís, Aequís et | Volscís subactis, | tertium triumphavit[2]; quart.[3] sev[*ere in*] | Velitern[*os animad*|*vertit*] . . . . . .

Romae, fragmentum tabulae incertum quo loco repertum, nunc Florentiae (VI 1308). Cf. Mo. vol. I p. 285/6. Pertinet ad M. Furium Camillum. — 1) *A. 364.* — 2) *A. 365.* — 3) *Quartum, scil. tribunus militum, a. 368.*

---

53 . . . . bello Samnitium | cum auspicii repe|tendi caussa Romam | redisset atque inte|rim Q. Fabius Amb[*ustus*] Maximus mag[*ister*] | equitum iniu[*ssu* | *eiu*]s proelio c[*on*|*flixisset*] . . . .

Romae, parva tabula incertum quo loco rep., nunc Parmae (VI 1318). Cf. Mo. C. I p. 287. Pertinet ad L. Papirium Cursorem et ad rem narratam a Livio 8, 30.

---

54 Appius Claudius | C. f. Caecus, | censor, cos. bis, dict., interrex III, pr. II, aed. cur. II, q., tr. mil. III. Com|plura oppida de Samnitibus cepit; | Sabínorum et Tuscórum exerci|tum fudit; pácem fierí cum [*P*]yrrho[1] rege prohibuit. In censura viam | Appiam stravit et[2] aquam in | urbem adduxit; aedem Bellonae | fecit.

Integra prodiit saec. XVI Arretii in tabula marmorea, quae extat Florentiae (XI 1827); frustula nonnulla exempli Romani prodierunt in foro Augusto anno 1889 (Bull. comunal. 1889 p. 77), quae distinximus lineolis subiectis. Illustravit Mommsen I p. 287 n. XXVIII. — Appius Claudius Caecus censor fuit a. 442, consul a. 447. 458, praetor (iterum ut videtur) a. 459 (Liv. 10, 22). — 1) tyrrho, 2) ei *lapis Arretinus.*

---

55 . . . . navis c . . . . [*c*]epit. Prí[*mus* . . . . . . *triumphum n*]aval[*em egit. H*]uic per[*miss*]um est u[*t ab e*]pulis do[*mum cum tibici*]ne e[*t f*]unali rediret.[1] [*S*]tatua q[*uoque*] . . . . od . . . rean . . vic . . . . . .

Romae in foro Augusti fragmenta rep. a. 1890 (Bull. com. 1890 p. 257). — Pertinet titulus ad C. Duilium consulem a. 494, de quo cf. infra N. 65. — Eiusdem lapidis etiam alia fragmenta exigua prodierunt, in his unum cum litteris rostr . . ., *spectans fortasse ad mentionem columnae rostratae.* — 1) *Cf. auct. de vir. ill. 38; Florus 1, 18, 10; Cic. Cat. mai. 13, 44.*

---

56 [*Q. Fabius*] Q. f. Maximus | dictator bis, cos. [*qui*]nquien[*s*][1], cen|sor, interrex [*b*]is[1], aed. cur., | q. II, tr. mil. II, pontifex, augur. | Primo consulatu Ligures sube|git, ex iis triumphavit. Tertio et | quarto Hanni-

archive.org